

82 : 1 CANTICUM PSALMĪ ASĀF:

A canticle of a psalm for Asaph:

82 : 2 Deus, quis similis erit tibi? Nē taceās, neque compescāris,  
Deus.

O God, who shall be like to thee? Hold not thy peace, neither be thou still, O God.

82 : 3 Quoniam ecce inimicī tuī sonuērunt: et quī ōdērunt tē,  
extulērunt caput.

For behold thy enemies have made a noise, and they that hate thee have lifted up the head.

82 : 4 Super populum tuum malignāvērunt cōnsilium, et  
cōgitāvērunt adversus sānctōs tuōs.

They have taken a malicious counsel against thy people, and have consulted against thy saints.

82 : 5 Dīxērunt: Venīte, et disperdāmus eōs dē gente, et nōn  
memorētur nōmen Israhēl ultrā.

They have said: Come, and let us destroy them so that they be not a nation, and let the name of Israel be remembered no more.

82 : 6 Quoniam cōgitāvērunt ūnanimiter; simul adversum tē  
testāmentum disposuērunt,

For they have contrived with one consent; they have made a covenant together against thee,

82 : 7 tabernācula Idūmaeorum et Ismahelītae; Moab et Aggarēnī,

The tabernacle of the Edomites and the Ishmahelites; Moab and the Agarens,

82 : 8 Gebal et Ammōn et Amalec; aliēnigenae cum habitantibus  
Tīrum.

Gebal and Ammon and Amalec; the Philistines with the inhabitants of Tyre.

82 : 9 Etenim Assur vēnit cum illīs; factī sunt in adjūtōrium filiīs  
Lot.

For ever the Assyrian is joined with them; they are come to the aid of the sons of Lot.

82 : 10 Fac illīs sicut Madian et Sisarae, sicut Jabin in torrente Cisson.

Do to them as thou didst to Madian and to Sisara, as to Jabin at the brook of Cisson.

82 : 11 Disperiērunt in Endor; factī sunt ut stercus terrae.

Who perished at Endor; and became as dung for the earth.

82 : 12 Pōne prīncipēs eōrum sicut Oreb et Zeb et Zebee et Salmana;  
omnēs prīncipēs eōrum,

Make their princes like Oreb and Zeb and Zebee and Salmana; all their princes,

82 : 13 quī dīxērunt: Hērēditāte possideāmus Sānctuārium Deī.

who have said: Let us possess the sanctuary of God for an inheritance.

82 : 14 Deus meus, pōne illōs ut rotam, et sicut stipulam ante faciem  
ventī.

O my God, make them like a wheel, and as stubble before the wind.

82 : 15 Sicut ignis quī combūrit silvam, et sicut flamma combūrēns  
montēs,

As fire which burneth the wood, and as a flame burning mountains,

82 : 16 ita persequeris illōs in tempestāte tuā, et in irā tuā turbābis  
eōs.

so shalt thou pursue them with thy tempest, and shalt trouble them in thy wrath.

82 : 17 **Implē faciēs eōrum ignōminiā, et quaerent nōmen tuum,  
Domine.**

Fill their faces with shame, and they shall seek thy name, O Lord.

82 : 18 **Ērubēscant, et conturbentur in saeculum saeculī, et  
cōfundantur, et pereant.**

Let them be ashamed and troubled for ever and ever, and let them be confounded and perish.

82 : 19 **Et cognōscant quia nōmen tibī Dominus; tū sōlus Altissimus  
in omnī terrā.**

And let them know that the Lord is thy name; thou alone art the Most High over all the earth.